

MANTISSA  
DECISIONUM  
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,  
ad Librum Quartum  
THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ,  
CARDINALIS DE LUCA,  
Qui est  
DE SERVITUTIBUS, USUFRUCTU,  
Retractu, & de Emphyteusi, &c.

ARGUMENTA DECISIONUM  
DE SERVITUTIBUS, USUFRUCTU,  
Retractu, & de Emphyteusi, &c.

DECISIO I. *Forolivieni Muri.*

**N**uncians novum opus, debet clare, & liquidè intra tri-  
meſtre docere de jure suo ad impedientiam fabricam;  
alijs nunciato datur licentia fabricandi cum cautione de  
demoliendo in casum succumbentia. Offenditur plenus ex  
pluribus conjecturis, quando paries dicatur proprius edificare  
volentis, & non communis cum eo qui nunciavit no-  
vum opus, & vult impedire fabricam. Et simul dilucidatur,  
ex quibus partes dicatur apud auperadandum.

DECISIO II. *Intermanni Juris pacendi.*

Statutum à Laicis conditum pro delegacione, aut restri-  
ctione illius pars, in qua est via, remaneat ex alteri con-  
senser, quo flante saepe summis Pontificis extencionem  
concedere, ut Ecclesiasticas personas afficiat.

DECISIO III. *Cajetani juris transiendi.*

Via, ac transitus alicui competens pro tenimento, & praedio,  
si illius pars, in qua est via, remaneat ex alteri con-  
senser, confiteretur concessio facta cum opere viae ad effe-  
ctum tundidam partem predii remanentem, ad quod alia  
de non potest haberi accessus, pricipue si per longissi-  
mum tempus concedens transiit per antiquam viam;  
ex qua obseruantia colliguntur, talem suisse voluntatem  
contrahebent, & quod iure contractus, & non familiariatis,  
concedentes transiit.

DECISIO IV. *Romanæ Fabricæ.*

Feneſtra qui habent prospectum in Monasterium Monia-  
lum, non sunt aperiendæ, & aperta vel sunt in totum  
claudende, vel ita providendum per appositionem repa-  
gulariorum, ad hoc arceatrum prospexit. Et eadem de  
causa est prohibenda elevatio fabricæ postea propæ tale  
Monasterium, si ex fabrica elevanda habeatur prospexit  
intus illud, vel ait ita suffocatus remaneat ex nova fa-  
brica, ut Monialium infirmitates refutare posint.

DECISIO V. *Romanæ Retractu.*

Conſtituto Gregorii XIII, super retractu, ac jure congrui  
non disponit, quod retrahens ab Ecclesia ad ornatum  
urbis teneat illi dare corpus stabile æquivalens in fru-  
ctibus; sed fat est, quod solvat iustum pretium cum du-  
decima pars augmento: firmatur hic articulus in hac  
dicta decisione, tam ex verbis, quam ex ratione ejus-  
dem Constitutiones Gregorianæ.

DECISIO VI. *Romanæ Fideicommissi de Avila.*

Multiplicum à Testatore injunctum, qui non adimplievit,  
tenet ad damna, & interesse; nec potest se queri per  
viam compensationis, cui resiliat voluntas disponentis.  
Ususfructus legalis patri competens, intelligitur prohi-  
bitus ex conjecturis, prudentis judicis arbitrio appro-  
bandis. Qui de jure tenet ad alimenta, donata cén-  
fetur, si non fuerit protestatio de animo compensandi.  
Bona qua ex causa necessaria subduta sunt ex fideicom-

mito, licet fuerint redempta, sunt libera, quando  
redimens illa acquisit pro se, & hereditibus.

DECISIO VII. *Romanæ Legitimæ.*

In hac elegansissima decisione exacto studio expeditur  
gravis ille articulus. An Mater infinito filios in legi-  
gitima, possit ea onus apponere, quod pater remanet  
exclusus ab usufructu super eadem legitima, & magis  
ruraliter refolvit pro affirmativa, declarato, in quibus  
terminis procedat *dec. 239. n.6. & sequent. par. 5. recent.* in  
qua videbatur S. Rota sensisse contrarium.

Ut patri prohibitus censetur huiusmodi legalis ususfruc-  
tus, doce & solede offendit, sufficere tacitam dispo-  
nentis voluntatem elicite et conjecturis iste adductis,  
quas tuncm considerandas esse docetur, & pro arbitrio  
judicantis regulando à qualitate personarum, & circum-  
stantiis facti; & inde concluditur, quod prohibito usufruc-  
tu ex conjecturâ Testatoris voluntate, neque etiam per  
patrem prætendit possit commoditas fructum; cum  
qua S. Rota gravissima auctoritate remanent confirmata  
ea, de quibus in precedens *controv. 113. & 114.*

DECISIO VIII. *Carpentorades Fideicommissi super reservatis.*  
Substritus haber electione vel vindicandi bona ab har-  
eade grava alienata, vel agenti ad reintegrationem fe-  
deicommissi, & de quibus alienationibus hac reintegra-  
tio fieri debeat, an de jure pacendi, & iure incantus  
per harēam gravatum alienatum, vel de bonis in emphy-  
teusi concepit. Bona per ipsum jure prælationis re-  
tentia cum eodem commido fideicommissi, fecit verò  
adiectione in solo fideicommissario construita.

DECISIO IX. *Romanæ Domini.*

In hac decisione plenus ostenditur, quando contractus anno  
dicatur emphyteusi, seu portis censu, vel annua pre-  
statio, & plures in illa afferuntur conjectura emphy-  
teusi excludentes, & similis in ea firmatur, quando cen-  
sus, vel annua præfatio sit redimibilis.

DECISIO X. & XI. *Cajetani Caſtorum.*

Quamquam renovatio emphyteusi dicatur non inducere  
novum titulum, id tamen intelligentem est quod pa-  
cium, & conventiones in prima investitura contentas:  
fecis respectu qualitatibus personarum, quibus factenda sit  
renovatio, qua concedenda est proximioribus ultimi  
emphyteuti, nulla ad missa distinctione inter agnos, &  
cognatos, sive inter ascendentias, & descendentes, sive  
transversales, & iuxta ordinem intellata successione, &  
& propter et in emphyteusi pactione masculina, licet  
Ecclesiastica, non existans masculis, renovanda est  
emphyteusi filiabus ultimi definiti.

DECISIO XII. *Mantuana Bonorum.*

Ecclesia non potest ammenare bona emphyteistica devo-  
tione, sed tenet iterum renovare, quando vel concur-  
rit

Super Mat. de Servitutibus, &c.

rit immemorabilis confuetudo renovandi, vel bona à  
principio erant sterilia; ex quibus predicta confuetudo,  
& sterilitas probentur. Et renovatio deberet somnia

INDEX DECISIONUM.

- C Cajetana Juris tranſeundi, *Veneris 11. Martii 1697. Priolo*, Decisio III.  
Cajetani Caſtorum. *Veneris 21. Januarii 1701. Molines*, Decisio X. & XI.  
Carpentorates. Fideicommissi super reservatis, *Luna 12. Maii 1692. Priolo*, Decisio VIII.  
Forolivieni Muri *Veneris 26. Junii 1682. Guaxardo*, Decisio I.  
Intermanni. Juris pacendi, *19. Januarii 1695. Emeris*, Decisio II.
- M Mantuana Bonorum, *Veneris 14. Januarii 1707. Molines*, Decisio XI.
- R Romana Domini *Luna 12. Maii 1698. Mati*, Dec. IX.  
Romana Fabricæ, *Luna 7. Martii 1701. Capriola*, Decisio IV.  
Romana Fideicommissi de Avilla, *Veneris 2. Maii 1698. Piso*, Decisio VI.  
Romana Legitimæ, *Luna 16. Junii 1698. De la Tremouille*, Decisio VII.  
Romana Retractus, *Veneris 28. Junii 1697. Lancetta*, Decisio V.

DECISIO I.

**D**ecretum A. C. permittens fratribus de Paulucciis, elevar fabricam super controverſo muro, data  
cautione de demoliendo in casum succumbentia, censu-  
fit cor. R. P. D. meo Emerix, prævis duabus decisionibus im-  
prefis in *dec. 50. & dec. 113. p. 19.* & procedendum ad eius  
legitimam executionem, in tercia instantia refolutum fuit  
coram Eminenti. D. Card. Taya *16. Junii 1679. & 10. Maii 1680.*  
Verum cum in ultima decisione perfuncta fulserit concordia,  
ea non fecuta, petebuntis Pauluccis causa expeditionem cor-  
ram me in locum Eminentissimi Taye subrogato, DD. volue-  
ram partes iterum audire; unde hodie revocatis ad examen  
dæ decisionibus perfunctis esse in decisis respondum fuit.

Nam denid nimis literalis vita fuit dipositio text. in *l. ante. C. de nov. oper. nuncias. C. fin. cod. tirul.* secundum quam no-  
rum opus nuncians, intra tempus trium mensum tenetur doc-  
tere de jure suo, quo elapso permittitur novi operis pro-  
ficiatio cum dicta cautione, Gratian *de 38. n. 14. Sperell. dec.*  
*5. n. 20. Rota coram Puteo dec. 121. & dec. 152. lib. 2. in recent.* 2  
*dec. 6. 85. p. 29. 4. tom. 2.* Quia è magis in praefatis vindicati si  
locum, quia probations post lapsum trium mensum à Comite Fabricio opus prohibente facte non concludunt murum  
controversum esse communem, vel non deflitatum ad adſi-  
candum, pro celata, & liquida requiruntur, ita quod nulla  
la remaneat dubitata, ut observatum fuit in primis decisio-  
bus coram R. P. D. meo Emerix, in *rec. 10. dec. 50. p. 4. & 5. & dec.*  
*113. n. 3. Quibus deficitibus celabat prohibicio, & lo-  
cus erat dispositio text. in l. alias C. de servit. & agus. & l.  
cum duobus vicinis. §. item multa ff. pro scio.*

Non fuit probata muri communio, ut eam allegans proba-  
re tenuerit Rot. coram Ubald. *dec. 152. n. 2.* Nam iterum por-  
teratis signis ad illam suadendum cumulatis prævalere vi-  
debantur illa adducta à fratribus de Paulucciis communio  
exclusiva, jilfi enim cum mappa seu planta domorum judi-  
cialiter facta, peritis, textibus, & alijs iuribus ponabant sub  
oculis rectum eorum dominum in variis locis tegere murum  
controversum, & filicidia protendit ultra cumdem ver-  
sus filium Comitis Fabricii, habere in eo latinas, & tres cam-  
os, quorū duo penetrant ultra dimidiam muri & tertius  
etiam protrahit intramurum, item quinquaginta, & octo  
tigni seu trabes subtinentes corum tecum; quorum aliquæ  
totum murum perforant, & denique in alio muro proprio, &  
non controversum illorum de Paulucciis respicit, & continuat  
controversum, relictis suffice lapides seu dentes, & ut alii di-  
cunt, morfas colligatorias ex quibus omnibus solent. Doc-  
tes deducere dominium, ut de muro supposito teclo atque stil-  
licidii protensis, ex *tex. m. fin. §. Lascia ff. de serv. Urb. præd.* &  
*in vero seu dec. 253. n. 21. & 34. p. 7. rec. Rot. cor. Ubald. dec. 152. n. 7*  
*of latrini Menoch. præsumpt. 73. n. 13. lib. 6. Tond. resol. civil.*  
*8. n. 4. p. 1. dist. voto 213. n. 36. de caminis Rot. cor. Ubald. dec. 152. n. 8*  
*3. a. voto 213. n. 36. de tignis seu trabibus. G. t. at. decept. 263. n. 9*  
*1. Tond. de resol. civil. 88. n. 5. & tandem de dentibus seu morfis*  
*colligatoris, d. voto 253. n. 20. & seq. cum ibi allegatis & late de*  
*his omnibus, in Dec. busus causa. & in specie in dec. 50. n. 7. ad n. 11. 10*  
*p. 19. rec. & 16. Junii 1679. §. signa vero, cum duobus seqq. coram*  
*Emen. Card. Tay.*

Sigilum autem adductum à Comite Fabricio visa fuerunt de-  
bili; nam omisisti alii, quae ex inspectione Mappe, & re-  
lationibus peritorum remaneant sublata, fentrelles, quas  
vocant imperiales, annuli ferrei, & tigna seu trabes in eo  
appo-

- apposita, exceptis duobus, de novo ac recenti immensis in muro integrè confitudo à Paulucciis, vix penetrata tertiam partem muri, & non sicut facta contemporaneum cum fabrica ejusdem, sed per rupturam, & eodem modo alii muri Comitis fuerunt eidem colligati, ut resulerunt Periti, ita ut remanenteant ex quo clandestine fieri potuerint: Gratian. *discept. 263, sub n. 9. & seqq. Tond. d. ref. 88. n. 6. & in concurso tot aliorum signorum supra relatorum non justificant communione, cum prævaleat illius pars, quæ plura signa adducit, Cagnol, in l. sub *reprobantia* 5, ff. de serv. iur. Crot. *conf. 153. n. 20. & 23. lib. 2. Thes. dec. 219. n. 4. Rot. co. Ubaldo. dec. 152. n. 9. Sed potius servitum indicare videtur, Rot. co. Ubaldo. dec. 152. n. 9. & d. voto 253. n. 4. & seqq. & 27. reg.**
- At quando ex his aliquo modo interri posset ad communione, adhuc prohibeatur, jus non est, justificatum, cum murus appearat destinatus ad fabricandum; illius enim vertex caret pinnis, corona, & superficie, ut dicunt, ad dorsum Afini, aliisque signis denotantibus esse divisorium; & contra fundamenta sunt cragia, & profunda quinque pedum, ac altitudine quindecim pedum, & super eo sunt immixta tigra, & confituta manifiones, quæ omnia denotant esse destinatum ad elevandum, & fabricandum, Gratian. *discept. 372. n. 47. Thes. dec. 41. n. 24. & seqg. d. voto 253. n. 10. 11. & 12. 14. Eminen. de Luca d. 6. n. 8. tit. de serv. ac proximè locum, seu vicinum id prohibere non posse, Vegg. conf. 53. n. 28. & seqg. & 15. n. 33. & seqg. Gratian. discept. 572. n. 55. in fin. & seqg. Thes. dec. 23. n. 4. uers. in contrarium, & in d. voto 253. n. 69. & seqg. cum aliis in d. dec. 50. n. 16. part. 19. rec.*
- Nec dici poterit dividi, ex quo existat inter duos curricula, & ex prætendo ejus inhabilitate ad sustinendum magorem fabricam, ex quo primi dum ex quinque pedibus fundamenta sint facti ex glarea, & fragmentis, & murus supra positus non sit calcus, sed limo, seu terra, & ut dicunt, malta compositus; quoniam confidatur etat, profunditate, ac altitudine perennece sequitur, ejus constructores non ad dividiendum tantum, verum etiam ad fabricam eundem destinata, cum pro divisione tantum huius subtilium murus, scilicet altitude quinque pedum, & ex quo facilius expere, faciens inutiles, ut advertit in d. voto 253. n. 14. p. 7. rec. atq; similes muros, sicut supra constructos esse capaces elevationis, restatis fuerint periti, & ad eum exemplum Comitis Fabricii, qui murum, 17. confrontit, & elevavit ex eadem materia, & de similibus muris apud elevationem, & fabricam, regquent judicium peitorum Emin. de Luca de serv. d. 6. n. 8. *sec. obstat, vers. 2. tollitur;* & quatenus autem poterit de insufficiencia, poterunt Paulucci illum munire, ac si suis sumptibus stabiliter efficerent, ut abque periculo superadieantur, ut ex Thes. dec. 41. n. 12. dictum init in d. dec. 113. n. 12. p. 9. rec.
- Nec subtiliter, quod adscitetur ad simulationem, quia quis intendit jure suo ad proprium commodium, non autem 19. ad alterius damnum adficatur de jure presumitur, glos. in l. *fluminum* 5. fin. non teneri, ff. de damn. & inf. Galli. *obser. 69. n. 30. lib. 2. Handed. con. 8. n. 34. lib. 1. Rot. in rec. dec. 530. n. 1. coram Duran. dec. 450. n. 9. coram Coccino. dec. 2209. num. 12. ita ut emulacionem allegans eam probare teneatur, 20. Galli. *obser. 69. n. 13. Rota coram Duran. dec. 450. n. 9. coram Coccino. dec. 2209. n. 13. Quæ in praefiti constat, ut quia constat de utilitate adficatur, tunc quia nullum damnum inferunt domui Comitis Fabricii, non obstante prætendo impedimento ventorum, & offuscatione luminis, dum ventorum, & offuscatione luminis, dum venti non impeditur, 21. tur ex nova fabrica facienda, sed ab alia ac eadem facta ut probatum fuit in tercia Decif. R.P.D.-Emerix 113. n. 8. & seqg. 19. & lumina non offuscantur, cum inter utramque dominum remaneat atrium seu curtia latitudinis decim, & octo pedum, & longitudinis viginti octo.**
- Et ita ex his, & aliis plenius deductis in prætensis Decisionibus, decisum fuit, utraque patre informante, &c.

R. P. D. E M E R I X.

Interamen. Juris Pasceendi,

19. Januarii 1695.

ARGUMENTUM.

Statuum à Laicis conditum pro denegatione aut refudiacione juris pasceendi, pro boni publici causa factum censetur, quo stante solet factum Pontifex extensionem concedere, & Ecclesiasticas personas officialias.

S U M M A R I U M.

*S*tatutum Laicale pro bono publico factum si Ecclesiastica submitti debet, Maxime ut num. 4.

Nec similiter, quod prohiberi nequeat pasceorum usus

Principi, praesertim in bonis propriis, vel quod saltem exercitantes, & ultra quam decet, gravis reputari debet pena iuliorum trium pro qualibet animali, & contraventione, etiam si damnum exinde non sequatur illum, ac modus etiam ipse procedendi per inquisitionem, siquidem tam probitio, quam poena, & modus bene suftentari valent de jure, ratione publica utilitas, & quietis, quæ privati etiam incommodi prius redimi oportet, ut late firmatum fuisset dicta decisione.

Et quod tollit omnem difficultatem, omnia dicti posse, quod Breve caderet in quaestione ad effectum confessionis, quia tunc inquirendum est de illius justitia: at quoque, ut in presenti, cadit ad effectum extensio illius justitia supponi debet, solimque videndum, an ex effectu dicti, plusquam subesse videatur, ratio subit extensionem facienda.

Et ita, &c. altera &c.

R. P. D. P R I O L O.

Cajetana Juris Transfundi,

Vener. 11. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Via, ac transitus aliqui competentes pro tenimento, & predio, si illius pars, in qua cffia, fixis, ut alio concilia, censetur concessio facta cum opere via ad effectum eiusdem ad partem predii remanentes, ad quod aliunde non potest haberi accessum, precipue si per longissimum tempus concessus transiit per antiquam viam, ex qua observantia coligitur, talem tuisse voluntate contrahentium, quid jure contractus, & non familiaritatis, concedens transiit,

S U M M A R I U M.

- Res censetur concisa cum more quod habet servitutis itinerary.
- Reservatum censetur in concessione rei totum id quod respicit necessarium usum rei.
- Res, remanentes sine via ac iterme, infrastructo a se, ac proinde censetur iter, & via reservata.
- Res censetur subiecta cum more via ac transitus, quando alias concedens vel non habet adiutum vel validem incommunum ad rem proprium remanentes.
- Observatio declarat, quid quis habuit rem cum onere transiit, dum illum passus fuit per longum tempus, & n. 6. & 7.
- Jus familiaritatis redditus ex actione multiplicata, & ex preambulo, tanta tuisse voluntate contrahentium voluntatem usque ab initio contractus, ut in puncto advertunt Cyriac. 4. 6. *contra 27. n. 5. & seqg. & Rocc. foliat. 171. n. 8.*
- Nec huiusmodi observanties revocari potuit in dubium, quia justificata remanet ex impossibilitate aliunde transiendi, ut constat ex plana judicialiter confessa, & clarissime in extitibus formite examinatis vigore remissorie Rotalis; qui cum deponant a tempore quo possunt recordari, tam Joannes sublocatorum, eliusque filios, quam eorum colonos ac villos semper iter habuisse per vineam, ingredientio, & egregiendo etiam cum beneficiis operatis vino, & lignis, aliisque rebus absque illa contradictione subducitoris ex his actibus, & quidem longo tempore spatio continuatis, necum comprobatur contrahentium observantia, ut in puncto tradit Gratian. *discept. 681. n. 1. cum seq. ubi sub n. 4. plures refert concordantes, sed ex illorum multiplicitate, & ex praesabulo titulo implicata referentia, & continuata posse, non cogit quid emere a vicino, quando constat, quod illi super predicti vicini competit ius transiendi.*

D E C I S I O N I I I.

Joannes de Conea investitus de tenimento consistente in operibus 8. terrarum, quod antiquitus erat unicum corpus, non vineatum, sed pro majori parte paludosum, & in fructiferum, portionem ejusdem tetrici prorata 12. operum in Emphytum subconcessit Antonio de Maffia; cumque ob paludes undeque adjacentes de tempore facta subconcessio, solum patet ad eam partem, que fuerat eidem Antonio sublocata; hinc durante vita contrahentium, non aliunde quam per locum uterque accessit ad proprios fundos, & promiscuerat uterque unus fuit stantia Navelli seu palamenti constructi, & existens in vinea Joannis sublocatoris; & quamvis post obitum contrahentium eorum successores alius temporis spatio continuaverint in eadem possessione, nihilominus sub praetextu, quod illa concessa fuerit ex precario, & resolutibili viae familiaritatis, Eleuterius filius Antonii subconductoris judicialiter se opportuniori continuatione dictæ simultanea possefuerit; & possebuit succubuit in iudicio summarissimo mantentionis, mutato deinde consilio, hodie in petitorio obtinuit coram me proponit dubium, an Francisco competit ius transiendi cum ea que debentur, tacite acceptant, ut subdit gl. in d. in vendendo 66. ff. de contrab. emplo, ubi dicitur quædam, & c. vel ut viciam, iter & aqueductum praestitum iri, si dicta sunt. Ideoque cum Joannes sublocator expresso fibi non referaverit ius transiendi, illud habere non debet per partem subductoris, etiamque aliunde non pateat, nisi iusto pretio 10 soluto, & constituo de opportunitate loci, ne vicinus magnum patiar detinentum, ad alium text. in l. si quis subducatur, ff. de religio. & iungi. ius.

Premilla siquidem submovet visa sunt ex diversis facti circumstantiis; præsupposito enim, ut fæpe dictum est, quod in toto horum tenimento non aderat nisi unicus aditus, & quod post illius divisionem continuauerit fuit idemmet transiit, dicendum est, quod per contrahentes illa tanquam omnino necessarius fuit in actu ipiusmet divisionis implicite reservata; cum ea que debentur, tacite acceptant, ut subdit gl. in d. in vendendo in figurazione casus 1. Ideoque minus applicatur dispositio text. in d. l. si quis subducatur; quia procedit in terminis illius qui subducitur habebat in fundo alterius: via autem de sepulchrum non habebat, & propter eum ut illam legitime obtineret, alio modo fibi acquirere non poterat, quia per solutionem pretii quod fecus dicendum est in casu presenti, quia Joannes de tempore sublocationis vinea transi-

jam

iam habebat, neque necesse erat, quod illum sibi pretio comparare; id eoque ne prejudicatus remaneret ex ipso acto sublocationis, censendum est illum reservasse, & modo iusto compellerebat ad solvendum premium dicti transitus, quando tempore stipulati contrarius illum jam legitime possebat, ut currente huic obiecto tradit Rocca *scilicet cap. 177. n. 11. cum pluribus legg. lib. 2.*

Nec ex eo, quod per viam existentem in parte maritima confracti fuerint duo pontes pro majori commoditate sub locatoris, cedisse vita est necessitas transudi per vincere Eleuterius, quia hoc idem comprobatur eamdem servitum, alias conductor tales pontes non fecerit, sed illum non tollit, nam ut deponit testes dati in *Summar. responsionis pro Consuetudinibus. illi pontes non erant sufficientes pro transitu animantium onerariorum, & per non usum remanerunt destruci.*

Quo vero ad usum flantia Naveli, & palamenti, quidquid sit, ad quem species illorum dominium, de quo, tanquam extra dubium; non est modò inquirendum, censurum DD. illorum usum esse utrique promiscuum, & communem, ut deponit testes dati in *Summar. Francifex. 2. list. D. & alius testis adductus ab Eleuterio in suo summario. n. 2. abiecit eo, quod talis usus referit posuit ad usum familiaritatis, quia, ut fuit prænotatus, illi excludit remanet ex eadem ratione, & ex actu multipliciter, & possessione duis tèpus continuata.*

Super reliquis verò exceptionibus deducitur contra examen testium, & plantam judicialiter confessam, fatus est, quod utrumque compilatum fuerit coram iudice electo de partium consenserit, ut statim appearat de illarum insufficiencia.

Et ita utraque parte informante, &c.

R. P. D. C A P R A R A,  
Romana Fabrica.

Luna 26. Mayi 1701.

#### A R G U M E N T U M.

Fenestrae quæ habent profectum in Monasterium Monialium, non sunt aptientes, & aperta vel sunt in totum claudende, vel ita providendum per appositionem regalorum, ad hoc ut creetur prospécies. Et eadem de causa est prohibita elevatio fabrica posita propè tale Monasterium, si ex fabrica elevanda habeatur prospécies intus illud, vel aer ita suffocatus remaneat ex nova fabrica, ut Monialium infinitates resultare possint.

#### S U M A R I U M.

- A**dificare in suo, ac domum extollere usque ad Cælum, cibis est permissum. & n. 15.
- Exclusi per milie annos non elevare, nisi præcesserit probatio elevacionis cum tempore habili ad præscriendum.
- Adificare tamen ac ultro prope Monasterium Monialium non licet, sive ex elevatione grave prædicimus inferius.
- Prædicationis rebus, si ex elevatione rebus propter eius inveniuntur.
- Etiam non via publica intermedia.
- Pro Monialium religiosa quæsire, & observari, Pontificis illi plura indulgentia prærogativa.
- In edificando, & elevando debet procedi cum confusa forma in loco servari solita.
- Ex fabrica elevatione prope Monasterium Monialium, si illis impeditas salubritas ventorum, illa est prohibenda.
- Fabrica antiqua deperita prope Monasterium Monialium importat, quod hoc sit faciun insta loci consuetudinem, vel quid servitus altius non tollendi sit constituta.
- Servitus altius non tollendi probatur per conjecturas, & signis ex inspectione loci resultanta.
- Fenestrae, quatuor opificium Monasterium Monialium sunt claudend in totum.
- Si vero parvum habent prospécies, debet hic omnia impediti cum aliquo repagulo.

#### D E C I S I O N E I V.

Possidente Joam Baptista Cervino quandam domum in regione Transylvanæ conspectu Monasterii Monialium S. Appolloniae, prætendebat illum ampliare, & in altum extolleret: verum quia ex huiusmodi edifici elevatione, multa inferebantur præjudicia dicti Monasterio, tam circa prospectum in illius Cellas, & Claustra, quam circa impenitentium folis, & ventorum, ac aëris salubritatem, Moniales novum opus nunciando obtinuerunt à sacra Congregatione visitationis Apostolice preceptum, ut nihil immovaretur. Debet ita Cervinus post variis instantias ab opere incepto, sed cum eodem defuncto, prædicta domus devenient ad Piam Do-

mum Orphanorum, & per illius Deputatos tentetur ad dicti præfectorio, expedito ex parte Monialium novo Monasterio cum inhibitione super inuocatione novi operis coram R.P.D. Patriarcha Locumtenente Emin. Car. Vicarii, eoque contra illos executo, recursum ipsi haberunt ad Eminentem Vicarium, & ab eo exponerunt confessionem Planaria, & licentiam conficeri fabricam ad illius formam; sed causa per figuram justitia remina ad eundem Patriarcham, in cuius jurisdictionem partes conferant, iste, re mature dicta, protulit sententiam, qui declaravit nullum jus competrere dicta pars domum elevandi fabricam; demandando etiam claudi fenestræ prospectum habentes in Claustrum Monialium.

Devoluta per appellacionem causa ad Rotam, & facta plures per Dominos uia mecum accessu in loco, proposuimus ho- dium — an sit locus elevationi domus, & quomodo, ac etiam locum clausurae fenestrarum? Et fuit resolutum non esse locum elevationi Domus, & etiæ locum clausurae fenestræ juxta modum.

Ratio resolutionis quod priorem illius partem fundabatur in eo, quod licet liberum sit unicuique in suo edificare, 1 dominique extollere usque ad coelum, juxta text. in l. altius, 8. & l. lib. 2. C. de ser. & aqua, etiam per mille annos domum humilem, & depremptam retinuerit, nisi quatuor concurrente præhibitione per tantum temporis spatium tacetur, ut inducatur dicatus præscriptio, glo. in l. qui inueniuntur, ubi Bart. ff. de ser. nob. pred. Cap. 10. cap. 39. Alexand. cap. 174. n. 3. lib. 2. Cyriac. contr. 28. n. 10. Ciarlin. controv. foren. 6. 30. lib. 1. Rot. dec. 92. n. 7. coram Ubago.

Nihilominus hujusmodi libertas ita absolvit recipitur, ubi agitur de edificando propè Monasteria monialium, quibus ex elevatione edificii grave prædicimus irrogare, Bart. in d. l. lib. 2. C. de ser. & aqua. Barto. cap. 43. n. 6. lib. 3. Covart. var. ref. lib. 3. cap. 15. ver. ultima prioris sententia in fin. Cab. dec. 15. 2. sub 2. ver. quod & alio cap. p. Tond. ref. ben. p. 3. cap. 146. n. 10. Gratian. n. 96. n. 9. & 10. Pignat. conf. lib. canon. 15. n. 2. tom. 9. Capyc. Latr. dec. 157.

Prædicationis in causa proposita est multiplex; primùm enim refutare ex nimia vicinitate domus, & ex affectu, qui ex illius elevatione habetur ad Monasterium, de quo agitur, quod utri receptaculum sacerdotum Virginum, a qua cumque perturbatione, & propeccia imminent servari debet, ut in e. periculum de statu regul. n. 6. ibi, ut si publicis, & munimis a peccatis separata, omnino servire Deo valeant liberas, & laeti vivi opportunitate sublata, eidem corda sua, & corpora in omnianimonia diligenter custodiunt; & pro impedimento elevationis ad hanc communiter trahunt Covart. var. ref. lib. 3. cap. 14. n. 8. ver. septimad eadem opinio. Cab. in 15. n. 9. & legg. lib. 3. Mart. dec. Sicut. 8. n. 6. Cabed. dec. 15. 2. n. 1. & 2. par. 1. Leoncl. dec. Terravir. 46. n. 10. & 11. Sperell. dec. 58. n. 64. Pacichell. de dijunct. cap. 6. mem. n. 28. & 27. Donat. præz. regul. tom. 2. q. 12. n. 1. & legg. fol. 33. ubi etiam si ad vitia publica intermedia, & ex mente Sacre Congregationis Episcoporum, & regularium Nicol. in folio. in verb. fabrica. n. 9. Capyc. Latr. dec. 157. n. 20. & 21. Card. de ser. dist. 21. n. 2. & 3. & per rot. ubi refert quamplices Sac. Congregationis Episcoporum, & regularium resolutions, Rot. coram Burat. dec. 63. n. 2. 1. & lib. adden. n. 28. & dec. 22. n. 7. coram Royas: Et hoc ratione honestatis, & religiositatis loci, pro quo militant favor loci publici præferandus est, cui inique privato, i. s. person. ff. de relig. & sumptu. fabr. n. 9. Pignat. conf. 155. n. 2. & 6. tom. 9. Quod etiam multum fuit cordi summoris Pontificibus, qui ad removenda ea omnia, qua familiantiam Religiosorum quietem, & regularum observantiam perturbare, & impedimenti, & scandali esse poscent, plurima fanxerunt, ut habetur in exordio constit. 8. & 28. Ian. memor. Gregorii XIII. & constit. 74. Pauli V.

Hoc maximè fuit admisum, stante uita, & confuetudine Urbis retinendi domos, & adiuncta in humili stræta penes Monasteria Monialium, ut pater ex dominibus circumcircula Monasterium S. Sylvesteri, è conspectu Monasterii S. Catherine de Senis, & in aliis qua passim invenerunt, qui usus, & confuetudo circa formam, & certum modum edifici sunt dubio procul observanda, ex doctrina Padilla in altius num. 8. C. de ser. & aqua ibi — litibus ita modo regulam hujus text. ut non procedat, si vellet quis etiam in proprio loco adiudicare contra coniunctam iam, & praescriptam in Urbe confuetudinem: potest enim ex ea induci, ne ultra certum modum adiudicia erigantur, i. e. C. de adiud. privata. Grammat. conf. civili. 73. numer. 9. & legg.

6. legg. Gaill. obseruat. 69. n. 16. lib. 2. Boer. dec. 320. n. 17. propria. ver. n. 11. de confuetudine, Barbos. vor. dec. tom. 2. vor. 103. n. 91. & legg.
